Illū ſi proprio condidit horreo
Quicquid de libycis uerritur areis
Gaudentē patrios finder̄ ſarculo
Agros: actalicis condicionibus
Nunq̄ dimoueas / ut trabe cypria
Mirtoum pauidus nauta ſecet mare:
Luctantē icareis fluctib; aphricum
Mercator metuens ociū: et oppidi
Laudat rura ſui: mox reficit rates
Quaſſas indocilis pauperiē pati.
Eſt: qui nec ueteris pocula maſſici:
Nec partē ſolido demere de die
Spernit / nūc uiridi membra ſub arbuto
Stratus: nūc ad aquæ lene caput ſacræ:
Multos caſtra iuuāt: et lituo tube
Permixtus ſonitus: bellaq; matribus
Deteſtata: manet ſub ioue frigido
Venator: teneræ coniugis im memor
Seu uiſa eſt catulis cerua fidelibus,
Seu rupit teretes marſus aper plagas
Me doctarū hedere præmia frontium
Diis miſcent ſuperis: me gelidū nemus
Nympharūq; leues cū ſatyris chori
Secernūt populo: ſi neq; tibias

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 55v – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0172/55v)